

Bryn Mawr College

Scholarship, Research, and Creative Work at Bryn Mawr College

Hermann Sauppe Library

Bryn Mawr College Publications, Special
Collections, Digitized Books

1810

Virum magnificum et summe venerabilem Fr. Volkm. Reinhardum quum regio iussu Academiam Vitebergensem viseret, rite salutatum esse voluit Seminarium academicum : insunt observationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica

Ernst Franz Heinrich Spitzner

Follow this and additional works at: <https://repository.brynmawr.edu/digitizedbooks>

[Let us know how access to this document benefits you.](#)

Citation

Spitzner, Ernst Franz Heinrich, *Virum Magnificum et Summe Venerabilem Fr. Volkm. Reinhardum, quum regio iussu Academiam Vitebergensem viseret, rite salutatum esse voluit Seminarium academicum interprete Ernesto Francisco Henrico Spitzner. Insunt Observationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica*. Vitebergae: Graessler, 1810.

This paper is posted at Scholarship, Research, and Creative Work at Bryn Mawr College.
<https://repository.brynmawr.edu/digitizedbooks/132>

For more information, please contact repository@brynmawr.edu.

(10)

Carpenter
PA
3872
Z4
S64
1810



W. F. H. H. H.



V i r u m

Magnificum et Summe Venerabilem

Fr. Volkm. Reinhardum,

quum

regio iussu

Academiam Vitebergensem

viseret,

rite salutatum esse voluit

Seminarium academicum

interprete

Ernesto Francisco Henrico Špitzner

Trebitio - Saxone.

Insunt observationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica.

Vitebergae 1810.

literis Christiani Henrici Graessleri,
acad. typogr.

Carpen

PA

3872

74

564

1810

STORAGE

888 A58

NS

Ex iis, qui sublata Graecarum civitatum libertate Musisque e domestica sede expulsis, insigni regum Aegyptiorum munificentia adiuti, omnem operam in eo collocaverunt, ut| florem poëseos antiquae diuturnis belli tempestatibus inflexum pristino splendori restituerent, primum locum, quantum ex eorum, quae ad nos pervenerunt, reliquiis iudicare possumus, facile obtinet Apollonius Rhodius. Quamquam enim periti harum rerum arbitri tum antiqui tum recentes de eius Argonauticis varia tulerunt iudicia, tamen multo plura, quae adhuc cognoscere mihi licuit, in eo conveniunt, heroicum illud carmen ut tereti et pura oratione, ita felici, quam exprimit, Homericæ poëseos imitatione mirum in modum commendari et ad summum illud omnium Graecorum poëtarum exemplar, Homerum dico, proxime accedere. His cum suffragiis permotus admodum juvenis ad carmen illud legendum accessissem, spem de eo conceptam non modo non elusam, sed longe etiam superatam mox intellexi. Hinc grata simplicitate et mira, qua totum carmen perfusum est, suavitate allectus Apollonium in deliciis habere coepi ita, ut semper ad eum legendum relegendumque reverterer. Quo factum est, ut in difficultatibus, quas in prima cuiusvis scriptoris lectione, ubi desiderio totius argumenti ad finem usque pernoscendi insti-

gati festinatione uti solemus, aut negligimus aut non ita magni facimus, diutius haererem, (magis in dies perspiciens, multa loca in nostro poëta etiam post curas, quas V. D. Brunckius, Ruhnkenius, Beckius aliique ei impenderunt, superesse, quae magnis difficultatibus pressa emendatrice manu egere videntur) iisque, si pro virium tenuitate fieri posset, medicinam afferre conarer. Iam cum negotium difficile pariter ac iucundum publice aliquid edendi, quo TUUM, VIR MAGNIFICE et SUMME VENERABILIS, in hac literaria republica adventum cum doctrinae omnium nostrae Musarum sedi saluberrimum, Seminarii academici, quod Poelitzii V. C. auspiciis floret, nomine gratularer, mihi demandatum vidissem, TE, qui optime scis, quanta dulcedo in antiquis Graecorum monumentis perscrutandis insit, si nonnullas meas in cultissimi poëtae opus observationes qualescunque TIBI offerrem, eas minime dedignaturum esse, putavi. Spero autem fore, ut scriptio mea, cuius levitatem ipse probe sentio, vituperium iusto acerbius a nemine experiatur, quod in nonnullis locis emendandis minus feliciter versatus esse videar, si secum reputet, et solo ingenii adiumento omnibus fere externis subsidiis destitutum me laborem difficillimum subiisse et aliquot poëtae nostri loca ita comparata esse, ut vitia quidem iis inusta sponte sua lectorum in oculos incurrant, sed ea simul omnem medicinam, nisi respuant, certe aegre admittant. Si quem vero miratio subeat, me ita sentire de poëta, qui, si solum verborum singulorum nexum et sensum respiciamus, neque in ipsam, quam depingit, historiam et geographiam altius inquiramus, facillimus esse solet, eum versus nonnulli, non ipsius Apollonii, puto, culpa, sed librariorum incuria, obscurissimi, a me afferendi, contrarium edocebunt. Nec diu illa iudicii mei deerit demonstratio, quum, quod sane

mihī dolendum, statim is, quem primo loco ponere par est, si quis alius, in hunc numerum referendus sit. Iam igitur de illo et reliquis, quos tractandos mihi proposui, videamus.

I, 82.

ὡς οὐκ ἀνθρώποισι κακὸν μέγιστον ἐπαυρεῖν.

Haec, uti exhibui, leguntur in editione Beckiana, nam ante in omnibus divulgatum erat ὡς, quod, quum poëtae sententia aperte flagitaret ὡς pro οὕτως, Beckius V. C. mutavit, assumpta quoque Brunckii mutatione κακὸν, pro eo, quod olim legebatur, κακῶν. Nunc vero paucis de variis huius versus explicationibus exponendum erit. Interpretes vett. iam duplicem huius loci memorant scripturam, cuius duplicem afferunt interpretationem; dicunt enim: οὐδὲν ἐστὶ μέγιστον κακὸν, οὐ ἀνθρώπος*) ἀποτυγχάνει, ἔδει οὖν διὰ τοῦ α ἀπαυρεῖν. ἢ ὅτι οὐδὲν κακὸν μέγιστον ὁ μὴ ἀνθρώπος εὐσχερῆς ἐπαυρεῖν, ὃ ἐστὶν ἐπιτυχεῖν. In eadem explicatione acquiescit Brunckius,

*) Male in editione Hoelzlini ἐπιτυγχάνει pro ἀποτυγχάνει impressum est, nam, quomodo prior explicatio ab altera differat, tum plane non apparet, rectius editio Brubachiana vocabulum idem exhibet. Ceterum in hac observatione scholiastarum ἀπαυρεῖν et ἐπαυρεῖν, quae Graevius ad Hes. Ἐ. κ. Ἡ. 240. unum idemque significare affirmat, satis manifeste discernuntur, cum prius per ἀποτυγχάνειν posterius per ἐπιτυχεῖν reddatur. Ut vero testibus, quos Hesiodi editor laudat, satis locupletibus permoti statuamus, saepius verborum horum significatum non differre, tamen hunc quoque, quem scholion affert, quum ex eo demum alter, qui sexcenties in Homero aliisque deprehenditur, ubi est auferre, privare, rite explicari possit, adfuisse, res ipsa nos dubios esse non sinit.

qui rem brevissime absolvit, dum dicit, e vulgata κακῶν sensum elici non posse, neque accuratius indicat, quem sensum ipse in verbis his invenerit; ratus, ut opinor, aliud scholion, quod in vulgaribus libris non legitur, sic se habens: οὐκ ἔστι μέγιστον κακόν, ὅου μὴ ἔπαυρεῖν τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνει, iam satis esse. Neque ab his multum recedit Krausius in catalogo Argonautarum p. 43. 44., qui modo in eo aliquid differentiae habet, quod κακόν illud μήκιστον mortem esse vult. Cum autem idem V. D. affirmat Scholion a Brunckio editum locum nostrum multo clariorem reddere, quam vulgaria illa, quae eadem, quā textus ipse, preinantur obscuritate, et plures in Apollonio inveniri locos, ubi nimium brevitatis studium ambiguitatem et obscuritatem pariat, in his cum eo consentire non possum. Nam scholia antiqua aequè bene perspicui posse, quam quod Brunckius attulit, videre in promptu est, et loca brevitate pariter ambigua et obscura facta, nisi corrupta sint, in Apollonio plura inesse vix poterit verum habere quivis, qui poëtam nostrum perlegerit. Sed ut ad ipsam explicandi rationis crisin veniamus, multa, quae illi aperte adversentur, moneri poterunt. Primum enim nescio, quo iure Scholia vocem μήκιστον μέγιστον illustrare possint, cum vocabulum illud non a μέγας sed a μακρός originem ducere, manifestum sit. Ita Etymolog. Magn. μήκιστος πρὸς τὸ μακρὸν μακρῶν καὶ μακίων καὶ τροπῇ μήκων, ὅθεν ὁ μήκιστος. Hunc etiam vocabuli proprium sensum manifeste exprimere voluit poëta, quum addit:

Ὅποτε κακίους Λιβύη ἐνὶ ταρχύσαντο,
 τίσσαν ἑκασ Κόλχαν, ὅσσην τέ περ ἠελίαιο
 μεσσηγυῖς δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ εἰσοσέονται.

Hinc Hoëzlinus haud inepte, puto, μήκιστον de remotione loci explicat. Sed fallitur in eo, quod substantivi loco positum censet, et διάστημα cogitando ad-

dere vult. Equidem in voce μήκισον interpretanda cum Beckio V. C., qui hunc versum transfert: „sic a nemine longe remotum est malum, quin illum subeat,“ conveniam, ut κακὸν μήκισον illud mortem innuere, uti iam Krausius vult, statuam, ductus et tota orationis serie et nota illa Ulixis maris tempestatibus paene obruti et in vitae discrimine versantis querela Hom. Od. E, 465. 299. τί νύ μοι μήκιστα γένηται; In quibus adverbium μήκιστα similiter ultimum malum, mortem tandem perpetiendam, indicare videtur. Ita iam, vocabulum μήκισον cum consueta versus huius explicatione quodammodo consentire, patet. At verbum ἐπαυρεῖν longius etiam ab illa recedit; est quidem, uti schol. vult. interdum id, quod ἐπιτύχεῖν, et habes similem Eustathii explicationem ad H. A, 391. ubi haec ἐπαύρεσθαι ἀπολαύσαι, ἐπιτύχεῖν, ἐπιτελεῖν, ἐπιφικῶσαι cf. eundem ad H. φ. 340. Sed coniunctio, quā hic positum est, maxime videtur insolita. Semper enim, quantum memini, dicitur vel ἐπαύρεσθαι s. ἐπαυρεῖν τινος cf. Matthaei Gram. Graec. §. 361. vel ἐπαυρεῖν τι ubi est aliquid tangere cf. Hom. H. A, 573. 74. Sed si haec quoque negligere et ἐπαυρεῖν ita, ut in Apollonio est, cum Dativo coniungi posse, concedere velimus, tamen tertium quiddam restat, quod loci corruptelam extra omnem dubitationem ponit. Hoc est, dura illa particulae μὴ ellipsis, quam, ut versui modo sensus nexui congruus inesset, omnes interpretes a Scholiastis inde statuerunt. Quis autem talem ellipsin, omnibus Grammatices regulis adversantem, apud poëtam sermonis puri studiosissimum, quaerat? Ex his igitur, locum nostrum vitio laborare apparebit. Neque tamen medicina facile parabilis huic loco admoveri poterit; me certe in omnes quasi partes animum vertisse, nec quidquam, quod prorsus satisfaciat, reperisse, ingenue fateor. Exponam tamen, quod sentio. Apollonius loco, a no-

bis allato, simillimo I, 1054—56. eandem rem exprimit his:

— — — ὁ (Κύζικος) δ' ἐνὶ ψαμάθοισιν ἔλυσθεῖς
μοῖραν ἀναπλήσεν· τὴν γὰρ θείμις, ὅπουτ' ἄλύξαι
θνήτοισι· παντὴ δὲ περὶ μέγα πέπταται ἔργος.

Nullam autem propemodum haberet difficultatem l. I, 62. si ibidem idem legeremus verbum vel praes. ἀλύσκειν; coniunctio, simile verbum requiri, satis superque docet. Quare quum nihil aliud melius mihi succurrerit, scribam: ὡς οὐκ ἀνθρώποισι κακὸν μήκισον ἀλύσκειν. Profiteor quidem, hanc coniecturam a scriptura vulgatâ nimis alienam videri, sed audaciam excusabit res, quae tractanda erat, desperatissima. Si quis autem lectionem vulgatam vel idoneis argumentis defendere, vel illi emendationem meliorem substituere potuerit, is me, sibi adstipulantem, facillime habebit.

I, 149. 150.

— — — — οὐδ' ἀπίθησε,
νισσομένοισι· Ζήνος γὰρ ἐπάξια μῆδετο λέκτρων.

Dicuntur haec de Helena, ubi Castor et Polux eius filii ad Argonautarum expeditionem accedunt. Omnes, quos vidi, locum ita intelligunt, confisa est abeuntibus. At haec vocabulorum οὐδ' ἀπίθησε significatio vix nullo alio loco probari poterit. Etenim in Homero, ubicunque haec formula inveniatur, est: non immoriger erat, obsecutus est, et proclivem ad rem faciendam animum indicat. Simplex quidem περίθειν unde part. πεποιθώς et adiect. πίσυρος, saepius hoc dicitur significato, veluti Hom. II. Δ, 159. Neque Schol. aut Lexic. Vett. hanc significationem laudant. Krausius l. l. p. 11. solitum formulae οὐδ' ἀπ. usum retinet et ita illustrat, neque morem non gessit euntibus h. e. passa est eos proficisci et q. s. At vellem cogitasset et senten-

tiam hoc modo intellectam admodum frigere et superiora v. 146 — 48. lecta:

Καὶ μὴν Ἀιτωλῆς κρατερὸν Πολυδεύκεα Λήδη
 Κάσρατ' ἄκυπόδων ὄρσε δεδαημένον ἵππων
 Σπάρτηθεν — — — — —

plane adversari. Quae cum ita sint pro *μισσομένοις* scri-
 lam *μισσομένοις* h. s. non abnuit, et *μισσομένοις* non ad
 ipsius Helenae filios, sed ad totum heroum *σόλον* refe-
 ram. Quamvis enim *μισσομαι* plerumque ἱ. q. *ἐκτεύω*
 (precor) est, tamen prima eius significatio erit: vehe-
 menter cupio, desidero, si fides habenda Eustathio, qui
 ad Od. α, 115. *μισσομαι* derivat a *λίπτω* i. e. *ἐπιθυμῶ*. Nec
 sensu multum diverso reperitur apud Appollonium II,
 917. de Stheneli anima, quae Argonautis navigantibus
 apparet mittente Proserpina

— — — — — ἦκε γὰρ αὐτὴν
 Φερσεφόνη ψύχην πολυδάκρυον Ἀκτορίδαο
 λισσομένην τυτθάν περ ἰμνηθείας ἄνδρας ἰδέσθαι.

ubi *μισσομένη*, nisi praesens pro praeterito positum
 dicas, optime reddes: desiderantem. Neque ulla la-
 borant difficultate verba οἰδ' ἀπίθησε *μισσομένοις*, si ulti-
 mum hoc sensu accipias et similia tum sunt ea, quae
 de Dioscuris perhibentur, illis, quae de Hercule dicta
 sunt 121. 122.

οὐδὲ μὲν οὐδὲ βίην κρατερόφρονος Ἡρακλῆος
 πευθόμεθ' Ἀισονίδαο λιλαιομένου ἀθροίζαι.

Sin aliquis vocabulum *μισσεδαί* hoc sensu legi
 negare, et hanc ob causam emendationem improbare
 velit, respondendum erit, *μισσομένοις* etiam verti posse,
 precantibus, quum nihil nos impediatur, quominus sta-
 tuere possimus, praecones vel ab Iasone vel ab omni-
 bus Argonautis missos, Spartam adiisse et Tyndaridas,
 ut in heroum societatem venirent, invitasse. Certo

semper λισσομένοις meliorem admittit sensum, quam νισσομένοις.

I, 234. 35.

αὐτὰρ ἐπεὶ δμῶεσσιν ἐπάρτεα πάντ' ἐτέτυκτο,
ὅσα περ ἐντύονται ἐπάρτεες ἔνδοθε νῆες.

Bruncckius, ne unum verbum in duobus versibus proxime coniunctis exstaret, in priori ἐπάρτεα imprimendum curavit, provocans ad Hes. Ἐ. κ. Ἡ. 601. 627. At V. C. non offendit in eo, cum legeret apud Apoll.

I, 375. 76.

— — ἐν δ' ὀλκῷ ξεῖσάτ' εὐρέσαντο Φάλαγγας
τὴν δὲ καταάντη κλίναν ἐπὶ πρώτῃσι φάλαγγξι

neque IV, 1245 — 47.

— — — ἄχος δ' ἔλεν εἰσορόωντες
ἦερα, καὶ μεγάλης νῆατα χθονός, ἦερί δ' ἴσα
τῆλοῦ ὑπερτείνοντα διηνεκές.

Magis forsari in dubium vocari possit, cuius structura primâ specie valde implicita videtur, versus primi scriptura. Solet enim Apollonius adverbia in i, exeuntia, veluti ἐκτοθε, ἐνδοθε, νείοθε, alia, plerumque cum casu secundo coniungere*), id quod quavis fere pagina ostendit. cf. inter alia I, 793. 1291. II, 346. 569. et alibi. Deinde in similibus locis de nave sive instructa sive instruenda semper numero loquitur singulari, ut I, 332. ὅσα τε**) νῆϊ ἐφεικίσσασθαι ἔοικεν. IV, 1365. ὅσα τ'

*) Quare dubitari possit de Bruncckii mutatione, licet e codicibus aliquot facta lib. I, 990. ubi scribit φράξαν ἀπειρεσίαισιν Χυταῦ σῶμα νείοθε πέτρης pro vulgata πέτρης. Sed non solum duorum Codd. auctoritas, verum etiam clara Nonni imitatio hanc mutationem defendunt, ille enim Dion. II, 376. Φραζόμενος σκοπέλω σκοπέλον μέγαν.

**) Vult quidem Hermannus peritissimus harum rerum arbiter in additamentis ad Orpheum p. 731. νηυσὶν scri-

ἐνδοθεῖ, νῆος ἀγονται. Hinc mihi aliquando placuit scribere. ὅσσα τ' ἐπαρτύνονται ἐπάρτεος ἐνδοθεῖ νῆος. Nam neutrum substantivi vel adiectivi plurale interdum cum verbo plurali non solum ab Homero, sed etiam a serioribus conne-titur. cf. Apoll. Rh. I, 502. 576. 1141. II, 128. III, 813. Callim. Hym. in Apoll. 41. Sed, quae conieceram, supervacanea esse, postea locus ipsius Apollonii, ubi pari modo ἐντύνονται cum accusativo eius, quo quid instruitur, cum nominativo personae vel rei, quae instruitur habemus, me docuit. Est ille locus IV, 1189 — 91.

bere, ipse tamen movet hunc hiatus utpote Homericum ferri posse. Ibidem hiatus nostri, qui est I, 543. δεινὸν μορμύρουσα ἐρισθενέων μένει ἀνδρῶν coniectura delet facillima pr. ἐρισθενέων περισθενέων proponens. Sed fortasse hiatus hic nisi eodem certe simili Homeri excusari potest. II. E, 599. Ἄφρ᾽ ἄμορμύροντα ἰδ᾽ ἄν, ἀνά τ' ἔδραμ' ὀπίσσω.

Optime vero idem I, 881. scribit ἄλλοθεν ἄλλοθεν. Quamvis enim lectio Brunckiana ἄλλοτε ἄλλον et Hesiod. E. κ. H. 713. et simili loco Od. δ. 236. 37. ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτε ἄλλω Ζεὺς ἀγαθὸν τε κακὸν τε δίδοι, defendi possit, tamen, si ita legeremus, valde languida esset haec apium mel e floribus colligentiam descriptio, et porro pro hac coniectura, nisi fallor, Nonnus pugnat v. 244 — 46. ubi meta est imitatio Apollonii 879 — 82. Apponam ut clarius haec perspiciantur utriusque poetae locum. Apoll. l. l.

ὡς δ' ὅτε λείρια καλά περιβρομέουσι μέλισσαι
πίτρης ἐκχυμένα συμβλήϊδος, ἀμφὶ δὲ λειμῶν
ἔρσηϊς γάνυται, ταῖ δὲ γλυκὺν ἄλλοθεν ἄλλον
καρπὸν ἀμέργουσι.

Nonnus V, 244 — 46.

ἥτις (μέλισσαι) ἔσω λειμῶνος ἀπ' ἀνθεος ἀνθος ἀμείβει
εἰς φυτὸν ἀγλαόκαρπον, ἐφιπταμένη δὲ κορύμβοις
χείλοισιν ἀκροτάτοισιν ἀμείλγεται ἀκρὸν ἔρση.

αἰ δὲ πολυκλήτους ἱανούς φέρον, ὅια γυναῖκες
 μείλια δὲ χρείσοιο καὶ ἀλλοῖν ἐπὶ τοῖσιν
 ἀγλαΐν, ὀιήντε νεόζυγες ἐντύνονται.ε

I, 351. 52.

ἔι μὲν δὴ μοι κῦδος ἐπιτραπάτε μέλεσθαι
 μηκέτ' ἔπειθ' ὡς καὶ πρὶν ἐρητύοιτο κέλευθα.

Sunt verba Iasonis omnium consensu expeditionis auscipiendae ducis electi. Sed versu posteriori scribere malim ἐρητύεσθε κελεύθου. Nam est oratio, quâ heroas ipsos appellat, deinde ἐρητύειν licet in universum sit retinere et hanc ob causam cum casu quarto bene coniungi possit, tamen, si de via dicitur a via prohibere, coniungitur cum secundo ita Apoll. II, 331.

μηκέτι δὴν μηδ' αὐτοὶ ἐρητύεσθε κελεύθου.

I, 334. 35.

τῶ οὐκ ἂν θηναῖον ἔχοίμεθα, τοῖο γ' ἔκητε
 ναυτιλίας, ὅτε μούρον ἐπιπνεύσωσιν αἴηται.

Hom. Od. IV, 380.

ὅστις μ' ἀθανάτων πεδάει καὶ ἔδησε κελεύθου.

I, 368. 69.

νῆα δ' ἐπικρατίως, Ἄργου ὑποθημοσύνησιν,
 ἔζωσαν παμπρῶτον ἐύσρεφεῖ ἔνδοθεν ὄπλῃ.

Vocabulum ἔνδοθεν quemlibet hoc in versu offendet necesse est. Hinc ab aliis aliter tentatus est locus. Sanctamand. ἔκδοθεν Weston. ἔνδυτον coniecerunt, sed neutra harum coniecturarum multum lucratur; cum ita poeta aliquid dixisset, quod nihili esset. Nec si ἔνδοθεν proxime ad ἐύσρεφεῖ intus flexo referamus, lectori satisfieri putaverim. Nam per se, credo, cuique patet, funem intus esse flexilem. Hinc coniciam ἔζωσαν πάμπρωτον ἐύσρεφεῖ ἔκταθεν ὄπλῃ. h. e. navem bene flexo funi eoque protenso (protensim) constrinxerunt. Nam sic

poëta novi aliquid dixit et omnia bene procedunt. Facile autem verbum ἔκτατον ita depravari potuit. For-
 san e nostro, qui in rebus similibus eo persaepe utitur,
 mutuatus est Nonnus vid. XIV, 147. XV, 332. XXII, 59.
 XXIII, 109.

I, 747—50.

ἐν δὲ βοῶν ἔσκε λάσιος νόμος· ἀμφὶ δὲ βουσι
 Τηλεβόαι μάρναντο καὶ υἱὸς Ἡλεκτρώανος
 οἱ μὲν ἀμειβόμενοι, ἀτὰρ οἱ γ' ἐθέλοντες ἀμέτσαι
 λήϊσσι Τάφιοι.

Ipsa orationis series ostendit v. 749. pr. ἀμειβόμε-
 νοι scribendum esse ἀμυνόμενοι Hom. II. I, 529—32.

κουρῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ Ἀιτωλοὶ μενέχαρμαι
 ἀμφὶ πόλιν Καλυδῶνα καὶ ἀλλήλους ἐνάριζον.
 Ἀιτωλοὶ μὲν ἀμυνόμενοι Καλυδῶνος ἑρανής·
 Κουρῆτες δὲ διαπραΰειν μεμαῶτες Ἀρηϊ!

cf. eundem σ, 172—75.

οἱ δ' ἀλλήλους ὀλέκουσιν
 οἱ μὲν ἀμυνόμενοι νεκρὸς περὶ τριητάτος,
 οἱ δὲ ἐρύσσασθαι ποτὶ Ἴλιον ἠνέμευσσαν
 Τρῶες ἐπιθύουσι.

et Apoll. IV, 551. Moneo autem hanc emendationem,
 uti aliam, ad II, 870. proferendam, non mihi deberi,
 sed Lobeckio V. C. qui illas, de consilio meo edo-
 ctus, humanissime mecum communicavit.

I, 1134—36.

ἀμυδὶς δὲ νεοὶ Ὀρφέης ἀνωγῆ
 σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον εἰλίσσαντο
 καὶ σακία ξιφίεσσιν ἐπέκτυπον

Hunc locum nisi fallor expressit Nonn. Dion. XV,
 64—69.

ἄλλοι σὺν ξιφίεσσι καὶ ἔγχεσι καὶ τρυφαλείαις
 ἄσχετα βακχεύθοντες ἀμερσινῶ φρένας ὄνιμ

ὄργια μιμήσαντο Φερρσοακίαν Κορυβάντων,
 ἴχνια δινεύοντες ἐνόπλιον ἀμφὶ χορείην
 καὶ παλάμης ἐλίκηδον ἀμοιβαίῃσιν ἐρωαῖς
 ἄσπιδες ἐκρούοντο κυβισπηῆρι σιδηρῶ.

Nisi hunc quoque locum, ut alia similia, repetere vis e Callim. Hym. ad Iov. v. 51. 52. cf. Ruhnk. ep. crit. II, p. 128. Magis autem Nonni ἐνόπλιος χορεία, Apollonii ἐνόπλιον βηταρμὸν adumbrare videtur. Ceterum Panopolitani ἴχνια δινεύοντες affirmat lectionem ἐλίssonτο, quam Ruhnken. ex Etym. Mag. pr. vulgato ὄρχήσαντο eruit, a quo Apollonium, quum apud Callimachum bis de eadem re inveniatur, Hymn. in Iov. l. l. et in Apoll. 87., in altera recensione abstinnisse censeo.

I, 1207 — 09.

τόφρα θ' Ἰλας χαλκή σὺν κάλπιδι νοσφὶν ὀμίλου
 δίζητο κρήνης ἴερον ἕρον, ὡς κε οἱ ὕδωρ
 φθαιή ἀφυσσάμενος πατιδόρπιον — — —

Secutus est haec Nonnus, ubi de Ampelo altero Bacchi Hyla Dion. X, 224 — 227. haec:

ἔι ποτε Πακτωλοῖο παρ' ἀνθεμόεντι ῥεέθρῳ
 δηθύων ἀνέμιμεν, ὅπως ἐπιδόρπιον ἔιη,
 αὐτὸς εἰ βασιλῆϊ φερῶν γλυκερώτερον ὕδωρ
 κούρου νοσφὶ μένοντος ἱμάσσειτο Βάκχος ἀνή.

Vel ex his liquet, quam insulsa sit, tum in plurimis aliis, tum in hoc loco Eilhardi Lubini latina interpretatio, transfert enim verba ὅπως ἐ. ἐ. „Cum coenae tempus esset. Certe nisi laudatus Apollonii locus, Nonnus ipse XXII, 128. πῖον δ' ἐπιδόρπιον ὕδωρ meliora eum docere poterat. Coniunctum autem ὕδωρ ἐπιδόρπιον cum ἔιη aliquid habere, quod displiceat, videre in promptu est. Ut vero Apollonias, quem Nonnus imitatus est participium ἀφυσσάμενος cum verbo φθαιή connectit, ita Nonnum etiam verbum in vitioso ἔιη oblitteratum cum participio coniunxisse credere par est. Quod ver-

bum autem sit, discernere non ausim, forsā fuit ἄλθοι, quod certe magis quovis alio verbo huius significatus cum vulgata conspiret. In Apoll. verbis διζήτο κρηνης i. ῥ. scribendum putavi cum Herm., qui lectionem a Brunckio in textum receptam, damnat ad Orphic. p. 759. Saltem ita canit Callinrach. in Iov. 16. ἀντικα διζήτο ῥόν ὕδατος. — —

II, 216.

Θειοδάμας ἀνίη βεβολημένος — — —

Scribam ἄχει. Monstravit quidem Ruhnken. ep. cr. II, p. 276. huius vocabuli mediam et corripit et produci exemplis satis luculentis et ipse Homerus Od. δ, 460. ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἀνίωζ' ὁ γέρον. — — Sed noster neque hoc neque aliud huius etym. vocabulum umquam corripuit et formula ἄχει βεβολημένος HomERICA est, quam nostrum ex illo traduxisse non a vero abhorret. cf. II. 2, 9.

II, 421.

— — — ἐπὶ δαίμων ἔτερον πλόον ἠγεμονεύσει.

Verbum ἠγεμονεύειν in Matthiae Gram. Gr. plane omissum, quantum observavi, proprie componitur cum Dativo personae, quae ducitur, sed accusativi rei, quae ducitur, sic plenam habes coniunctionem II. φ, 258. hisce:

ὡς δ' ὅτ' ἀνήρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
ἀμ φυτὰ καὶ κήπους ὕδατι ῥόν ἠγεμονεύη

Saepe autem uti loco Apollonii allato Dativus ille omittitur cf. Hom. Od. η, 30. ζ, 261. κ, 501. Hymn. in Merc. 303. Ex Apollonio autem emendaverim Nonni Dion. XXIII, 125.

καὶ θεὸς ἠνιόχευε δι' οἰδατος, ἠνιοχέων
ἄρμασι χερσαίοισι νόθον πλόον — —

ubi duplicatum ἠνιόχευε et ἠνιοχεύων admodum languet, iam si placet, scribe: Καὶ θεὸς ἠγεμόνευε δι' οὐδατος ἠνιοχεύων et q. s.

II, 460.

πελοματ' ἄν ἄψασθαι μυθήσατο Θύνδι γαίη.

Ita Brunckius propterea, quod alias non satis cum futuro insequenti: οἱ τὲ οἱ Ἀρπυίας Διοθῆν σχήσουσιν ἰούσας concineret, aoristus vero cum ἄν futuri vim induat, ex uno codice pr. vulgata ἀνάψασθαι imprimi iussit. Nihil minus illam tuear, cum formula πείσματα ἀνάπτειν sit solemnis Apollonio vid. I, 965. II, 177. III, 570. IV, 840. 1639. et etiam medium pro simplici activo legatur II, 213. 214. Nihil autem poetis tritius, quam mutatio temporum vid. iam Homeri II. Δ. 160. 161.

II, 524. 25.

— — — — — τοῖο δ' ἔκητε
γαῖαν ἐπιβύχουσιν ἐτήσιαι ἐκ Διὸς αὐραὶ.

Scripserim τοῖο γ' ἔκητι, quod in hac formula apud nostrum semper legitur vid. I, 334. II, 253. 297. 755. III, 621. 1060. IV, 1199. Tum aptior est particula γε, quum adversativam nullam particulam posci insequentia doceant. Ex hoc autem de Aristaeo episodio 500 — 527. eandem rem tractavit Nonnus magna, ut solet, loquacitate Dion. V, 216 sqq.

II, 742.

Φύλλων δὲ πνοιῆσι τινασσομένων μυχήσιν

Infelix est emendatio Wakefieldii πυκινῆσιν pr. μυχήσιν quum illud huic versui non conveniat, πυκινός enim proprie significat densus spissus, et de arborum ramis dicitur, ita Nonn. Dion. XXI, 329. 30. Si quid mutandum esset, praeferrem λιγυρῆσιν. λιγυροί enim αἴηται vel ex Homero notae vid. II. ε, 526. ψ. 215. Ni-

hil vero in his novandum, optime omnia conveniunt huic loco, nam spirant πνοιαί illae μύχαι flatu, qui e locis inferis exhalantur, tum, quum Argonautae lacum Acherusida praeternavigant; et Orph. Hymn. XXII, 6. πνοιαί ἐν μυχίαις κευθμῶσιν ἐλαυνόμενας. Aesch. Ag. 703. Ζεφύρου γίγαντος ἄνρα.

II, 869. 70.

— — — πῶς καλὸν ἀφειδήσαντας ἀέθλων
γαίῃ ἐν ἀλλοδάπῃ δὴν ἔμμεναι; — — —

Scribam, cum infinit. ἔμμεναι minus aptus videatur, ἤμεθα et pr. ἀφειδήσαντας, ἀφειδήσαντες Lobeckio suadente. Hom. II, v, 99. 100.

ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γίνεσθε,
ἡμεῖνοι ἄνθι' ἕκαστοι ἀκήριοι, ἀκλείς ἄντας.

cf. praeterea Od. γ, 262. 65.

II, 1129. 30.

— — — — — αἶκε πίθοισθε
δοῦναι ὅσον θ' εἴλυμα περὶ χροῶς — — —

Etiam si in scriptura vocis εἴλυμα eique affinium libri Vett. admodum fluctuent, et modo spiritum lenem modo asperum exhibeant, tamen h. l. τ' εἴλυμα repenam. Nam Grammatici, qui harum formarum mentionem faciunt, et spiritu leni scribunt, et scribere iubent, cf. Eust. ad Od. v, 352. tum alia, uti εἰλύω εἰλύος, eiusdem generis in Apollonio semper spiritu leni efferuntur, Homerus loco parallelo, quem nostro, dum haec scriberet, ob oculos fuisse, non dubito, eodem modo dat vid. Od. ζ, 178. 79.

III, 103. 04.

τῶν καὶ ἐπ' ἀκρετάτων νέκυες σσιρήσι κρέμανται
θίσματα — — — — —

Tam versus 205. 06. deinceps sequentes: ἐν ἀδελφῶ-
τοις κατιλύσαντε βορέαις Δειδρέων ἐξάπτει ἕκασ ἄσπεος οsten-

dunt pr. ἀκροτάτον levi mutatione legendum esse: ἀκρεμίωνων. Similiter lib. III, 931. habes: Ἰφού ἐπ' ἀκρεμίωνων.

III, 426.

ὄψι δ' ἀμειβόμενος προσελέξατο κερδαλέοισιν

Vix potest vox ultima ad hunc nexum quadrare, nam in praecedentibus de Iasone, quum Aeëtae mandatum audivisset, dicuntur haec:

— — ὃ δὲ σίγα ποδῶν πάρος ὄματα πῆξας,
ἦσθ' αὐτως ἀφθογγος, ἀμηχανίων κακοῦτι.

et in sequentibus narratur eum Aeëtae respondisse ἀμηχανίη βεβωλημένον. Quomodo autem quaeso, si ipse omnis consilii inops erat, dolum in animo volvere potuit? Quare mutatione non alius repetita emendem pr. κερδαλέοισιν κηδοσύνησιν. Nec mirum est, vocabulo in his usitatori, rarius librariorum imperitia cecidisse. cf. I, 277.

III, 518—20.

σὺν δὲ καὶ Ὀινείδης ἐναριθμίδος ἀιζηοῖσιν
ἄνδρασιν, οὐδὲ περ' ὅσον ἐπανθιόωντας ἰούλους
ἀντέλλων.

Nescio, quomodo evenerit, ut in his vox maxime suspecta tamdiu sedem obtinuerit; praesertim quum ipse Apollonius, quomodo corrigendum sit, monstret. Habet enim de lanugine genarum succrescenti II, 43. 44. haec:

τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἔτι χναάοντας ἰούλους
ἀντέλλων.

et eodem libro 779.

ἰμὲ δ' ἔυρε νέον χναάοντας ἰούλου.

ut locum restituit Hermannus ad Orphic. p. 733. Quae, si tenentur, emendatio in hoc versu facienda sponte sua obveniet, lege: οὐδὲ περ' ὅσον ἐπιχναάοντας ἰούλους Ἀντέλλων.

λων. Idem verbum noster de fluitantibus puellarum capillis usurpat I, 671. 72. De lanugine autem oriente dici posse vel simplex *χνοάω* et eius usus evidenter demonstrat. Profecto autem haec lectio multo melior est vulgatâ, quum neque *ἐπανθιάω* neque *ἀνθιάω*, quantum mihi exploratum sit, apud ullum Vett. scriptorum deprehendatur.

III, 606.

καί ῥ' ὁ μὲν ἄσχετα ἔργα πιφαύσκειτο δημοτέροισι.

Mallem cum Cod. Parisiensi D. in hisce scribere *δημογεροῦσι*. Nam *δημότεροι* est et vocabulum rarium, et quantum scio, merum adiectivum, ita Apollon. Rh. ipse I, 783. *δημότεραι μὲν ὄπισθεν ἐπεκλονέοντο γυναῖκες*. Deinde h. in l. magis de procerum consilio, quam de totius populi congregatione sermo videtur; similiter de Aeëta infra IV, 6. 7.

ἦτοι ὁ μὲν δῆμοιο μετ' ἀνδρατιν, ὅσσοι ἄριστοι
πανυχιῶς δόλον αἰπὺν ἐπὶ φρεσὶ μητιάσκειν.

IV, 928. 929.

ἀγχιρος φύλλοισιν ἀπειρεσίαις κομώσα
τῇ θάμα τῇ λακέρυζαι ἐπηυλίζοντο κορῶναι.

Ultima debet Homero Od. E, 65. 66.

ἔνθα δὲ τ' ὄρνιθες τανυσίπτεροι ἐυνάζοντο
σκῶπές τ' ἰσηκίς τε τανύγλωσσοί τε κορῶναι.

In quibus *ἐυνάζεσθαι* idem est, quod Apollonii *ἐπηυλίζεσθαι*, ita enim illud explicat Eustathius ad II. B, 783. Totum locum de coturnice loquenti imitatus est Nonn. III, 92 — 118, sed ita, ut nescias, utrum magis misericordia, an indignatione ob hominis impenitentiam movearis.

III, 1398.

βριθομίνοι πλαδαροῖσι καρῆσιν ἠέρειντο.

Ex hoc et IV, 35. integrum versum conflavit Nonnus Dion. IV, 364. *αὐτομάτη πλαδάριο διειλυσθίτσα κερήκου.*

IV, 16. 17.

— — — — — *ἐν δὲ οἱ ὅσσε
πλήντο πυρός, δεινόν τε περιβρομέεσκον ἀκουαί.*

Haec respexisse videtur Nonnus Dion. X, 12. 13.

— — — — — *αἰὲ δὲ οἱ ἐνδον ἀκουῆς
Παριάδος κρηνῆς ἐπεβόμβεε δούπος ἰμάσθλης.*

IV, 31. 32.

*μητρὲ ἐμῇ χαίροις δὲ καὶ ἀνδρα πολλὸν ἰούση
χαίροις Χαλκιδίῃ, καὶ πᾶς δόμος. — —*

Hinc Non. Dion. IV, 183. 84.

χαίροις Ἡμαθίων καὶ πᾶς δόμος.

IV, 757—59.

*Ἰοί φίλη, νῦν, εἰ ποτ' ἐμὰς ἐτέλεσσας ἐφειμάς,
εἰδ' ἀγέ, λαιψηῆσι μεταχορμένῃ πτερόγεσσι,
δῦρο θίτιν μοι ἀνωχθε μολεῖν ἀλὸς ἐξανούσων*

Vix videtur dubitari posse, quin pro *μεταχορμένῃ* rescribatur *μεταχθονίῃ*, quum Apollonius hanc vocem in talibus semper usurpet, sic de Iride ipsa II, 299. *ἢ δ' ἀνέρουσεν Ὀυλομπόιδε θοῆσι μεταχθονίῃ πτερόγεσσι*, et plurimis aliis in locis, quos Index Beck. suppeditabit. De varia huius vocis scriptura *μεταχθόνιος* et *μεταχθόνιος* nonnulla monuerunt Rubin. ep. crit. II, p. 207. Vossius in epistol. mythol. Vol. I, p. 203. Herman. in Not. Mss. ad Soph. Philoctet.

IV, 1165. 66.

*ἀλλὰ γὰρ ὅυ ποτε φῦλα δυπηαθίαν ἀνθρώπων
τερπαλῆς τ' ἐπέβημεν ὄλω ποδί. — —*

Hemistichium posterius Nonnus in suum usum transtulit Dion. XXI, 290. 91. *καὶ θεός — — τερπαλῆς τ' ἐπέβαινε.* — —

IV, 1715.

ἄλσει ἐνὶ σκιερῷ τέμενος σκίοέντά τε βῶμον.

Mutatione haud magna ingrata repetitio evitari et sanitas versui restitui poterit, si legis pro σκίοέντα, θυόέντα. Notum iam Homericum II. 9, 48. ἔνθα δέ οἱ τέμενος βῶμος τε θυήεις; pariter Od. 9, 363. adde II. 9, 148. Hom. Hym. in Apoll. 87. 88. Callim. Hymn. in Pallad. 63. 64.

Iam hic finem scribendi facere possem, sed quum plus semel Nonni Panopolitani commemoratio in his a me facta sit, TE, VIR MAGNIFICE, si aliquot in hunc poëtam, qui veterno quasi sepultus adhuc iacet, emendationes ad calcem dissertationis brevissimis adiecero, iisque TE diutius a rebus gravioribus detinero, id mihi libenter condonaturum esse, existimo. Dionys. I, 106. Καὶ σὺ βυθοῦ μετὰ κῦμα Ποσειδάων series orationis, καὶ in ἡ mutandum esse, ipsa monstrat.

I, 155. ὄπλα Διὸς νεφόέντα: scribendum vel φλογόέντα uti I, 417. vel, si hoc audacius, κτυπόέντα.

I, 266. ἀλίσδούπων ἀπὸ λαίμων corrige pr. ἀλίσδοῦπων, quod nihili est, ἀλιγδούπων aut ἐριγδούπων XVII, 227.

II, 6. μὴ δόλον ἕπεροπῆα leg. ἠπεροπῆα coll. Nonn. VIII, 118. Apoll. Rhod. III, 617. 618.

III, 81. ἀφουσαμένη πόμα γαίης corrige. πηγῆς cll. XVI, 384.

III, 106. οὐ Φυγόμενες Ἄθῆνη emend. Ἄδωνίς. Nam in iis, quae praecedunt, Cadmus vituperatur, quod, quum ex Adonidis et Veneris terra sit, eos non imitetur, et tardo pede Hermionen sponsam futuram adeat.

IV, 214. φλογεῖ ζειοῦσαν ἀνάγκη. Quum totum hunc locum ex Apollon Rh. IV, 54—65. expresserit,

illo duce in nostro versu φλογορῆ σειχοῦσαν ἀνίη cf. l. l. v. 55. 62. emendandum censeam.

IV, 295 ὄν ὄν βρότος ὀδε κιχῆται rectius κιχῆναι.

XI, 371. ποδῶς ὀξύς legam ὠκύς.

XIII, 274. 75. ἐνθεν Ἀριστῶτος βραδύς ἦεν εἰς μῦθον Ἰνδῶν Ὀψιμος ἐνησας πρότερον ὄλον ἄρπαγα πέτρης. Versum ultimum, quem Moserus in editione VI. libror. Dionys. ad h. l. desperatissimum appellat, sanari puto, si scribimus ὀ. ἐ. π. χόλον ἄρπαγι νίκης. Quem sensum, si, quae antea de certamine Bacchi et Aristaci ob mellis et vini praestantiam iustituto narrata sunt, tenentur, ipsum nexum postulare, facile apparet.

XIV, 228. Καὶ Καλύκη γελῶσα, βρύουσα τε σύννομος ἄρπαις. Si locus diligentius expenditur; βρύουσα non adiectivum, sed nomen proprium Bacchae, esse et haec ob causam litera maiuscula scribendum, intelligitur.

XVII, 6. παιδὸς Ἀμαζονίης τε δομὴν ἀμνησον ἕασσας. emendem pr. δομὴν, quod vix intelligas π. Ἄ. δ' εὐνην. Nec sequens versus hanc coniecturam dissuadeat.

XVII, 213 πυματῶ βακχεύετω πυρσῶ scribe βακχεύετο ταρσῶ vel παλμῶ cf. XV, 116. i. q. versus deinceps lectus ἐλοπίδην ἀγέλασον ἔχων ἐρκεηθμόν ὀλέθρου commendat.

XVII, 224. γῦμα φυλασσομένη χιονῶδεα ὄργια Βάκχου leg. κόλπου.

XXII, 176 λαϊνῆς μίσα νῦτα διαζύοντα γεφύρης. Hausit totam comparationem 171—77. ex Homer. Iliad. ε. 86—92. e quibus pr. διαζύοντα legam: διαθρήζαντα cf. Non. H, 643. διαζύειν contra nostro est aquae superficiem leniter radere V, 184.

XXIII, 4. 5. διωκόμενοι δὲ σιδήρῳ Δυσμάνεες πτερόντο φόβῳ σίζοντες Ἰθάσπην. Quum totam Bacchi cum Indis ad Hydaspeos littora commissam pugnam ex Hom.

II. φ, adumbraverit, ex illius v. 219. 20. οὐδὲ τί πη δύνα-
μαι προχέειν ῥόδον εἰς ἄλλα διὰν Στενόμενος νεκύεσσι in
h. l. corrigam φόνω σείνοντες Ὑδίστην.

Sed quum intelligam, me iam ultra, quam can-
celli dissertationi praescripti admittant, progressum
esse, reliqua, quæ de hoc illove aut Apollonii aut
Nonni loco adicere in animo erat, supprimantur, ne-
cesse est. A TE autem V. M. rogo, ut lucubrationes
meas quantulascunque hilari excipias fronte, easque nil
nisi tenue reverentiae summae, quâ TE nos omnes,
et inprimis ego, quem a pueris inde maximis cumu-
lasti beneficiis, prosequamur, documentum arbitrare.

Carol. Frid. Schlegel
Frid. Augustus Schlegel
Johannes Gottl. Schlegel
Johannes Frid. Schlegel
Johannes Theoph. Schlegel
Johannes Christianus Schlegel
Friedrich Frid. Schlegel
Christianus Gottl. Schlegel
Johannes Frid. Schlegel
Frid. Augustus Schlegel

Carol. Guilielmus Schlegel
Frid. Gottlob Schlegel
Frid. Augustus Schlegel
Frid. Gottlob Schlegel
Johannes Frid. Schlegel
Friedrich Augustus Schlegel

Nomina eorum, qui Seminario adscripti sunt.

1. Sodales Seminarii ordinarii.

M. Gottlob. Guilielm. Gerlach.

Carol. Guil. Elze.

August. Gottl. Imman. Käuffer.

Ludov. Dankegott Cramer.

Ioannes Theophilus Klofs.

Ernestus Francisc. Henr. Spitzner.

Carol. Lebrecht. Tränkner.

Carol. Ferdinand. Lüdicke.

Ioannes Godofred. Steinbach.

M. Frid. Guilielmus Kühn.

Carol. Frid. Dietrich.

Frid. Augustus AmEnde.

Ioannes Gottl. L**ö**hner.

Ioannes Frid. Pfitzner.

Ioannes Theoph. Lehmann.

Ioannes Christianus Hasemann.

Ernestus Frid, Schaarschmidt.

Christianus Godofredus Oehme.

Ioannes Frid. Sandhof.

Frid. Augustus Müller.

2. Sodales Seminarii extraordinarii.

Carol. Guilielmus Wolff.

Frider, Gottlob. Ackermann.

Carol Adolphus Lindemann.

Henr. Gottlob. Leopoldus Weichert.

Ioannes Frid. Thalwitzer.

Guilielmus Adolphus Schickedanz.

Metrisch-kritische abhandlung uber Apol

BRYN MAWR COLLEGE



3 1796 00517 4186

